UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus Questionis ventilate coram Domino nostro Jesu Christo inter Virginem Mariam ex vna parte, [et] diabolum ex alia parte.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

Tractatus Queſtionis ventilate coram Domino noſtro Ieſu Chriſto inter Virginem Mariam ex vna parte, ⁊ diabolum ex alia parte.

1 Chriſtus humani generis verus eſt ſaluator authoriȝans.
2 Iudices interdum ſecundum iura vtuntur mera iuſtitia, quandoque iuris rigore, vel etiam equitate, prout perſona, locus, cauſa, ⁊ tempus deſiderant.
3 Qui male agit odit lucem.
4 Iudicium quot, ⁊ quibus perſonis conſtet.
5 Mores mulierum leuiter offenduntur.
6 Mulieres ab omnibus officijs publicis abſtinere debent, tamen pro miſerabilibus perſonis pupillis, ⁊ viduis ad poſtulationis officium admittuntur.
7 Nulla dierum preſcriptio iuuat male fidei poſſeſſorem: quia bi vere poſſident, quorum nomine poſſidetur.
8 Quid ſi partes comederunt vuas acerbas, ⁊ dentes filiorum obſtupuerunt.
9 Remedium ordinarium vbi habet locum non eſt recurrendum ad extraordinarium,
10 Quibus dolis, ⁊ laqueis, vel inſidijs ad fallẽdum genus humanum vtatur Cacodemon,
11 Angelus, qui peccauit, iuſto Dei iudicio fuit puniendus.
12 Deus (vt omnium in ore verſatur) creauit hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam.
13 Qui occaſionem damni dat (vt regula canit) damnum dediſſe videtur.

NOſtis Fratres chariſſimi, inquit Satanas, Proditoris myſteria Iude qui procurauit, ⁊ ipſe Iudas magiſtrum ſuum Prophetam, qui filium Dei ſe dicebat, morti tradi fecerit Noſtis etiam qualiter genus humanũ ab ortu, ⁊ creatione mundi, fuit damnatum propter inobedientiam Eue, ac poſtea fuit ſaluatum per Virginẽ Mariam glorioſam, nã mulier dãnauit, ⁊ mulier ſaluauit. Cogitauit itaqꝫ nequitia infernalis, ac etiam ineffrenata cupiditas inter ſe cum aſtutia conuocato, habitoqꝫ diabolice fraudis conſilio, qualiter poſſit genus humanum in ſuam priſtinam reducere ſeruitutẽ, ⁊ intuens ille fraudulentus machinator naturã mulieris debiliorẽ exiſtere viri, ſuggeſſit vxori Pilati, volenti impedire mortem Chriſti, ⁊ dum a ſomno diſcederet eius viro Pilato, dixit hec verba, Multa enim paſſa ſum hac nocte, ⁊c. ⁊ profecto cum Iudei viderũt Deum ſaluatorem noſtrum, multa miracula facientem dicebant, Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo. Alij autem dicebant, non expedit Chriſtum mori, vt voluit inferre mulier Pilati, quia ſolatium eſt miſeris ſocios habere penarum, vt ff. qui, ⁊ a qui. l. proſpexit. xix. q. iij. c. memoria. volebant ipſi Iudei ipſis ſtantibus in Iudaica perfidia, vt totus populus Chriſtianus deperiret faciẽs ad inſtar canis, qui dũ iacet in paleis aſino ibidem exiſtente non comedit paleas nec quod aſinus comedat, vult conſentire, vnde in hoc dubio exiſtens Pilatus, dixit, Quod ſcripſi ſcripſi, vt probatur ſecunda queſtione prima. canone, multi corriguntur. ⁊ ita fuit crucifixus mortuus, ⁊ ſepultus. argumento. l. diſtinctio. canone, põderet. vnde cogitauit malitia, ⁊ nequitia infernalis, longo ac malitioſo ponderato conſilio, quo procuratorem mitteret ad preſentiam Ieſu Chriſti ſufficienter inſtructum. Accedat quod legitur decimatertia queſtione ſecunda. canone, iuſſit. circa principiũ. ad petendum ꝙ genus humanum ad ipſius priſtinam reduceretur ſeruitutem, alias nõ voluiſſet procurator, vt extra de procurator. capitu. primo. ⁊ C. de ſatiſdã. l. vnica. Nec miremur, ſi dicimus quod demon ad preſentiã ſuperioris poteſt accedere: quia loquimur verũ eſſe Chriſtum humani generis ſaluato-
1 rem authoriȝantem. † Quia, ſicut ſcitis, demon vbicunqꝫ eſt preſentialiter, potentialiter cruciatur, quia pena ipſum comitatur, ſicut lepra leproſo eſt infixa, ⁊ ſicut vanus caſto, vel turba preconis, laneis, vel pellibus, vel frumento, ⁊ licet demon ſit vbique, vt dictum eſt ſupra preſentaliter, hec ſua tamen pena nullatenus in aliquo releuatur: quia propter eius immenſam ſuperbiam ad penam inferni perpetuam extitit condemnatus. Procurator legitime conſtitutus, ⁊ aſſuetus ad preſentiam Chriſti accedens, dixit, Creator celi, ⁊ terre, ego ſum damnatus, ⁊ procurator nequitie infernalis, vnde coram vobis cõpareo, ⁊ ad informationẽ veſtram placeat aliquantulum me audire. quꝫ ſi vobis placeat quedã breuiter explanabo. Reſpõ. domin⁹, Tu ſcis ꝙ merita cauſarũ partium aſſertione pandũtur, vt C. ſi per vim, vel alio modo. l. ſi. in fi. ⁊ extra de accu. c. qualiter, ⁊ quando, ij. vnde te nullatenus volumus informari. Recolimus enim dum per mundũ ambulabamus, qualiter nos informare volebas dũ dixiſti nobis, Dic ꝙ lapides iſti pães fiãt, dixiſtiquoqꝫ ꝙ mirabilia nobis dares, ſi te adoraremus. Dixit demon predictis auditis, Domine Deus, vos eſtis iuſtitia, vt xlv. diſt. c. cõmunis. vnde a vobis iuſto iudice, peto mihi iuſtitiã exhiberi. peto nanque genus humanum in ius vocari, cum ab ea parte ius incipiat, vt inſti. de pe. te. li. §. fi. ⁊ extra. de proba. c. quoniam contra falſam. ⁊ ipſum genus humanum coram vobis cõpareat ad tertiam diem vtilem ad reſpondendum mihi procuratori nequitie infernalis. Et ecce procuratorium meum, vel mandatum qđ coram vobis allego, ⁊ produco, cum alias admitti nõ debeo. l. i. C. de procu. ⁊ extra de procur. c. j. Quo inſpecto, cũ diabolus non careret in iudicio omni calũnia dixit dominus de die agatur. Reſpon. demon, Ad diem craſtinam fiet dilatio. Tunc reſpondit Ieſus, Tu ſupra dixiſti de tribus diebus vtilibus, quomodo ergo reuocas ꝙ dixiſti: Tu bene noſti experientia facti. l. ij. in prin. C. vt in poſ. leg. ⁊ ſcis qđ longa via eſt a terra vſque ad celũ, quam viã tu bene expertus es, dum per ſuperbiam tuã de celis noſtra authoritate cecidiſti. Unde cum diſcordes ſimus in aſſignatione diei, nõ tibi, ſed nobis, vt iudici, eſt diẽ partibus aſſignare vt ff. qui ſatiſd. cog. l. de die. in prin. ⁊ argu. extra de iure patro. cap. cum autem. ⁊ extra de offic. deleg. c. de cauſis. Ideo nos tibi ⁊ humano generi aſſignamus tertiam diem vtilem, vt diem Veneris ſancti: quia in ea die in crucis patibulo mortem ſuſtinuimus acriter corporalem. Reſpondet demon, ea, dies vbique locorum eſt inſignis, ⁊ celebris, vt extra de foro competen. c. fina. ſic etiam iura per ora Principum diuinitus promulgata teſtantur, vt C. de preſcript. lon. temp. l. fina. ⁊ probat C. de vet. iu. enucle. l. j. quare citatio, ⁊ quicquid ex ea ſequeretur, non valeret, ⁊ nullus eſſet momenti. argu. extra de noui ope. nun. cap. ſecundo. ff. de reg. iur. l. cum principalis. Reſpondet Ieſus, nos iura condimus, ⁊ authoritatem damus iuribus, non iura nobis, quare volumus citationem valere, vt Inſtitu. de iure natura. §. ſed ⁊ quod principi. Non obſtat quod talis dies Veneris ſãcti ſit iuridice feriat⁹, ⁊ dixit Angelo Gabrieli Ieſus precipiendo notificare cum tuba ferrea, vt extra de appellatio. cap cum parati. ⁊ C. de fer. l. dies feſtos. vt ad dictum diem genus humanum veniat reſponſurum coram nobis procuratori nequitie infernalis. Quibus peractis receſſit demon ad inferos, cum talibus nouis, qualia ſuperius audiuiſtis, ⁊ omnia geſta per Ieſum, cum diabolis ſocijs ſuis infernalibus reuelauit. Videntes autem demones quod nullum grauamen, nullamque iniuriam in dominum inuenerunt, habito conſilio eorum ſtatuerunt eundem procuratorem ad diem ſtatutum mittere, vt viderent iuſtitiam iudicantis, qua die ſancta adueniente cogitans demon, quod maior erat contumacia actoris, quã rei, argumen. C. de iudic. l. properandum. §. ⁊ ſi quidem [illegible] quenti. ⁊ quod in regno celorum habebat inimicos, comparuit tempeſtiue, vt loquamur more humano, in loco, vbi [illegible] pro tribunali Ieſus ſtare conſueuerat, vt ff. de iuſtitia [illegible] ius pluribus. §. alia. ⁊ ff. quis or. in bo. poſſ. ſerue. l. ij. quia in domo Dei manſiones multe ſunt: facit pro hoc gloſſa not. [illegible] diſtinc. non ad hoc. in gloſſ. ſuper verbo, ⁊ potiores. ⁊ eſt textus de penitẽ. diſtinctione quarta. can. nouit. ⁊ can. in domo patris mei, ⁊c. facit etiam quod habetur Ioan. xiiij cap. ¶ Adueniente itaque die veneris ſancti, ſtatim comparuit demon dicens, Domine Deus, ego ſum ille damnatus, qui habeo conqueri coram vobis cõtra genus humanum. Dixit Dominus Vade ⁊ expecta: tu ſcis: quod totus dies cedit humano generi: vt in authent. de iudic. §. ſedebũt. ⁊ Inſtit. de inuti. ſtipulat. §. pen. Expectauit ergo demon vſque ad horam nonam: ⁊ videbat (vt more humano loquamur) alios litigantes euntes: ⁊ redeuntes vnde ſatis dolebat, quia ipſe ſolus audiri non poterat. Quapropter aſſumpta audacia iterato dixit: O pater qui es ſumma iuſtitia: ego me preſento coram te contra genus humanum. Cui Dominus Deus ait: O importune: ⁊ proterue: nonne dixi tibi quod tota dies cedit humano generi: Et ſic expectauit demon vſqꝫ ad noctis tenebras: vt extra de offic. deleg. cap. conſuluit. ⁊ cepit vociferari diabolus dicens: Ubi eſt iuſtitia tua Domine quam etiã in celis vix inuenio? Dixit dominus: Ueni maledicte: quia iam eſt hora: vt te audiamus: ⁊ exhibuit ſtatim citationẽ qua exhibita exclamatum extitit per Angelum Gabrielem ſi eſt ibi aliquis pro genere humano. Ueruntamẽ quilibet obmutuit,

tuit. Tunc dixit demon, Nemo credat quod ego velim procede
re niſi curiali modo, quo poſito conſtat de contumacia generis
humani, quare cum ſuper hoc dicant iura qualiter iudices age
re debeant, non tamen ſtatim ſententiam excommunicationis
fulminare vt vos ſcitis, ego non peto hoc, ſed peto tantum lite
ras quibus contineatur quod ego ſufficienter comparui nemi
ne pro humano genere comparente. Neſcio igitur, quid minus
poſſum petere, vt ff. de ſer. vrb. predi. l. quidam Hiberas, q̄ ſicut
ego alias dixi. curialiter agere propono, veruntamen non que
rebit demon, niſi quod caute redigere poſſit in priſtinam ſerui
tutem, ⁊ in primeuam obedientiam, ad quam vt noſtis, fuera
mus condemnati per factum Eue. Reſpond. Dominus qui no
2 uit abſcondita tenebrarum, † Tu ſcis, quod iudices quandoqꝫ
ſecundum iura vtuntur mera iuſtitia, ⁊ rigore iuris, quandoqꝫ
equitate ſecundum perſonas, cauſas loca ⁊ tempora, vt legitur
extra de homi. c. ſicut dignū. C. de legi. ⁊ conſti. l. j. ⁊ xciij. diſtin.
cap. dominus. Unde cum equitatem ante oculos habeamus, vt
ff. de eo quod cer. loco. l. ꝙ ſi Epheſi in fin. volumus ipſa equi
tate ſuadente preſentē diē in diem craſtinam prorogare, quā ti
bi ⁊ humano generi aſſignamus ad comparendum legitime co
ram nobis ipſamqꝫ prorogamus, vt ſuperius eſt expreſſum qđ
de iure poſſumus, vt extra de offic. deleg. c. cōſuluit, exclama
uit voce magna demō, ⁊ dixit, Domine vbi eſt iuſtitia tua. Iam
enim his per ea que video in exercēda iuſtitia defe. iſtis, dixit
Dominus, Eijcias eum foras, nonne tibi diximus ꝙ volumus
equitatem ſeruare: ⁊ ipſe demon ſic eiectus de Regno Celorū
ad inferos rediens, primo dura ſocijs ſuis retulerat, modo retu
lit duriora. Veruntamen dixerūt demones adinuicem. Si equi
tate penſata Dominus Jeſus iudex noſter proceſſiſſet, certe te
procuratorem nequitie infernalis totaliter audiuiſſet. Ex quo
enim equo quis vtitur nemini facit iniuriam, vt ff. de aqua plu
uia. arcen. l. prima. Sed ex quo te audire noluit, a iuris tramite
diſcedere nō tardauit, vnde poſtqꝫ res ſic ſe habet craſtina die
ad Jeſum iudicē noſtrum hora tēpeſtiua dirigas greſſus tuos.
Sero autem facto, fuit magnus rumor in celis, qualiter genus
humanum erat in contumacia chorus ſanctorum exclamauit
dicens, Domine Jeſu Chriſte Rex glorie ⁊ mūdi ſaluator, nō
eſt bonum humanum genus deperire, ſcis enim niſi fuiſſet cle
mentia tua qui equitate penſata, diem prorogaſti in diem ſequē
tem qualiter genus humanū firmaſſet pedes ſuos in ſtabili grā
du ⁊ ſic finaliter clamauit voce magna chorus ſanctorum in fa
uorem humani generis, qui rumor aſcēdit ad aures beate Ma
rie Virginis, quo audito intellecto, ipſa amariſſime fuit turba
ta. Et inquirens quod erat innouatum, nec poterat innouari di
latione pēdente, vt C. de dila. l. ſiue pars. dixit publice ꝙ voluiſ
ſet eſſe aduocata humano generi, quo audito omnis chorus cele
ſtis magno gaudio fuit repletus. Mane autē redit procurator
nequitie infernalis tempeſtiue ſubitus ad conſiſtoriū, ⁊ iudicē
⁊ cum cordis amaritudine vidit Chriſtum cum magnitudine ſe
dente pro tribunali. poſtea autem aduocata humani generis ve
nit cum comitiua glorie celeſtis ⁊ cum multitudine angelorum
alta voce canētium, Aue regina celorum ⁊ ad ipſam magnani
mandam erant interpretes humani generis, ⁊ dicebant, mater
miſericordie nos qui ſumus humanū genus, ab hoſte maligno
protege. Quib⁹ auditis aduocata vltra ꝓceſſit, ⁊ ſedit ad dexte
ram filij ſui Dei patris omnipotentis, ⁊ turbata valde, vt eius
facies indicabat, allocuta eſt filium ſuum dicens, Rñ. fili mi au
dio genus humanū vocatū ad preſentiam veſtrā, quare ſi eſt ali
quis cōtra genus humanū cauſam ſe habere dicat, aſſurgat, Di
xerunt angeli, o aduocata humani generis, vide verſutum pro
curatorē nequitie infernalis dānatū, ex eius immenſa ſuperbia,
dum inter nos reſidentiam faciebat, ipſe enim eſt ille, qui nō ceſ
ſat infeſtare iudicem contra genus humanum. Qui ſtatim cū vo
catus fuit cito comparuit demiſſa facie, ⁊ animo petulanti. Quo
audito diabolus beatā Virginē aduocatā humani generis ele
3 uatis oculis, non audebat aſpicere, † q̄ qui male agit odit lucē,
vt extra de offic. deleg. c. conſuluit. ⁊ ff. de ven. inſpi. l. j. circa me
dium. Virgo enim Maria ipſum procuratorem nequitie infer
nalis cū horribili oculo reſpiciebat, ⁊ magnam perturbationē
eius facies indicabat. Dixit autē dominus demoni. Modo di
cas quicquid habes dicere cōtra genus humanum. Reſpon. de
mon, Sancte pater nō moueat te caro, ⁊ ſanguis tuus, nec etiā
amor matris tue, arg. extra de preben. c. graue. ibi, carnalitatis
ſequentes affectum ⁊c. ſed ſola iuſtitia, quia vos eſtis iuſtitia, vt
xiiij. diſtinctio. c. Deus noſter. vos em̄ eſtis charitas, equitas ⁊
veritas: ⁊ vos dicitis, via veritas, ⁊ vita vbiqꝫ locorū ſum. ergo
4 faciatis quod ſcribitur Jo. c. j. Dixitqꝫ demon: † Ego dicā cau
ſam meam ſed non video cum quo loquor: quia vt ſcis, iudicium
cōſtat ex trib⁹ perſonis, vt extra de verb ſigni. c. forus. ⁊ C. ad
l. Cornel. de fal. l. vbi. perſonam autem rei ſeu conuenti non vi
deo, quomodo ergo cauſaz dicā: q̄ nō habeo reſpōdentē legiti
me, quis ſit legitimis cōtradictor, vide Cy. in l. ſi. C. de edi. diui
Adri. tol. Reſpōdit beata Maria virgo, Dictū demonis facit
ꝓ me, dicit enim, ꝙ iudiciū conſtat ex tribus perſonis, ſcilicet, iu
dicis, actoris ⁊ rei. Sed ego nō video perſonā actoris, ꝙ eſt pri
mū fundamentū, vt ff. ſi pars her. pe. l. j. § j. ⁊ ff. de iu. codi. l. qui
dam referūt. cū ſi. ergo demon audiri nō debet ⁊ ꝓnunciari, ⁊ de
clarari peto cū inſtātia quantū poſſum, ipſe enim ꝙ de ſeipſo d
beret dicere, de alijs atteſtatur, ꝙ eſt cōtra. l. in arenā. in ſi. C. de
inoffi. teſta. Rñ. demon, fundata eſt amodo perſona actoris, ſcꝫ
ex procuratorio meo, iam ſ alleg. ⁊ producto ſcripto manu nota
rij publici anno dñi Mccclııij. indi. v. preſente Raphino de
Machometo, ⁊ Cerbero, ⁊ quā pluribus adhibitis rogatis ⁊
vocatis ad chartam procure, ita quod amodo fundata eſt perſo
na actoris, maxime cum ex parte iudicis ad mei procuratoris le
gitimi petitionem citatio emanauit. Dixit aduocata † ꝙ mo
5 res mulierum leuiter offenduntur, vt extra de verbo. ſignifi. c. fo
rus. ⁊ C. de ſpon. l. iiij. vnde ne teneamus diem in lōgo ſermone,
peto copiam citationis mihi exhiberi: quia ſic oportet fieri an
tequam ad alia procedamus. vt ff. de procu. l. ij. ⁊ extra de ꝓba.
c. quoniam contra falſam. Demon ait. Cui fiet copia: Partem
enim conuentam que in iudicio legitime intereſſe deberet, non
video. Rñ. aduocata, Ecce me, que ſum aduocata humāi gñris
⁊ pro ipſo genere humano parata ſum ſtare in iudicio, ⁊ tibi iu
ridice reſpondere. Rñ. diabolus Audi pater ⁊ domine iudex, ⁊
reſpice veritatem: quia tua mater ab omni aduocationis officio
excluditur, Aduerte primo: quia mulieres pro aliquo poſtulare
prohibentur: quia virile eſt officiū, vt ff. de poſtu. l. j. ⁊ iij. queſt.
vij. can. iij. in princ. Preterea ipſa eſt mater tua, vnde ipſam red
do ſuſpectam, vt extra de appel. c. poſtremo. ⁊ c. cum ſpeciali. ⁊ C
de aſſeſ. ⁊ dome. l. domeſticus. Nam ſi matris tue officium admit
teretur, ſcilicet vt aduocare poſſet pro humano genere, poſſet ő
leui mater tua te Jeſum filium ſuum ad ſuā partem trahere, ⁊
ſic ius ⁊ iuſtitia a ſuis terminis totaliter diuiaret. ex quibus di
co eam non eſſe admittendam, ⁊ pronunciari, ⁊ declarari peto.
Dixit aduocata filio ſuo, Caue fili mi. ne fraus illius verſuti te
circumueniat, Aſſerit enim me aduocatam generis humani non
eſſe admittendam, mentitur enim cum vere contra veritatem
loquatur, ⁊ etiam contra iura, nam in eius ore nunquam fuit ve
ritas inuenta. Noſti domine iudex fili mi, † quod licet mulieres
6 non admittantur ad poſtulationis officium, tamen pro miſera
bilib⁹ perſonis coniunctis, pupillis, ⁊ viduis bene admittūtur
argu. extra de procurat. c. penult⁹. ⁊ c. certis de cauſis. xv. queſt.
iij. ⁊ l. feminis. ff. de procur., vtile eſt etiam ſi bene inſpiciam⁹ fili
mi, vbi ſunt magis miſerabiles perſone, quam in mundo quem
iſte procurator nequitie infernalis nititur redigere ad primeuū
ſtatū, ⁊ ad priſtinā ſeruitutem: quod eſt cōtra bonos mores, ⁊ iu
ſtitiā, ⁊ iura naturalia, vt ff. de iuſt. ⁊ in l. manumiſſiones. cum ſi.
Preterea ipſe dicit, ⁊ allegat qđ ego ſum mater iudicis, vnde tā
quam mater, quia ſuſpecta admitti non debeo in iudicio, ſed cō
tra hoc eſt qđ debeo admitti, ⁊ audiri, nam poſſum preſentē cau
ſam defendere, ipſamqꝫ proſequi, quia mea intereſt tanquā ad
uocata. nam ſi eſſem Judea, vel excommunicata defenſiones
mee mihi ſalue eſſent, ⁊ audiri deberem: argu. extra de except. c.
cum inter priorem. ⁊ c. dilectus filius. cum ſim. Multo ergo ma
gis admitti debeo, cū nulla infamia penitus ſum detenta. Pre
terea noſti fili mi chariſſime, tres eſſe ordines approbatos. Pri
mus eſt ordo coniugatorum. Secundus virginum. Tertius
eſt ordo continentium quibus tribus ordinibus approbatis,
ego ſum inſerta, ſcis, quod coniugata fui primo cum Joſeph vi
ro meo. Sciſque ſecundo quod virgo fui ante partum, virgo in
partu, ⁊ virgo poſt partum, concepi, ⁊ peperi te ex ſola tua potē
tia ſine coherentia alicuius, ſicut granum ſine alterius coheren
tia germinat, ⁊ ſicut virga Aaron florens, frondens, ⁊ fructus
pertulit abſque ſemine ⁊ radice. Sumque tertio ⁊ fui continēs
ſicut ſcis, ⁊ hoc dico ⁊ coram te allego fili mi dulciſſime, ⁊ iudex
iuſte ad denotandum tres ordines ſupradictos eſſe in humano
genere fixos nodo indiſſolubili: vnde cū propter me ipſam ge
nus humanum ſit in me, debeo, ⁊ poſſuz neceſſario aduocata ge
neris humani nuncupari, quare aduocata admitti poſtulo tan
quam factum meum proprium proſequens. vt C. de procu. l. qui
ſtipendia. ⁊ ff. de proc. l. feminis. Dixit demon, Domine iudex,
hoc ſerio peto per vos interloqui, vt legitimentur perſone. Et
interlocutus eſt Dominus, ⁊ pronunciauit, ⁊ declarauit Ma
riam virginem eſſe legitimam aduocatam, ⁊ admitti, ⁊ audiri
debere, ipſumque procuratorem nequitie infernalis eſſe etiā ad
mittendum. Et ſic etiā admiſit, ⁊ procurationis ⁊ citationis co
piaz virgini Marie exhiberi, ⁊ edi iuſſit, ⁊ ſic factū eſt, vt l. ij. C.
de edē. ⁊ cum in nullo poſſit redargui, aduocata dixit, ſi vult ali
quid dicere, dicat ꝓcurator nequitie infernalis. Proponit itaqꝫ

procurator nequitie infernalis in hunc modū, Moris eſt, ⁊ di
ſcretionis ⁊ cautele, cuilibet ſapienti viro volenti contra alium
agere, primo interdictum reſtitutorium, quod ſibi de iure cōpe
tit intētare, vt ff. de rei vendi. l. j. ⁊ l. is qui deſtinauit, qꝛ ſicut ſci
tis dñe iudex, melior eſt conditio poſſidentis, vt ff. de rei vendi.
l. fi. ⁊ inſti. de interdi. §. j. ⁊ extra de fide inſtru. c. inter dilectos. ⁊
ff. de verb. obli. l. ſi ſeruum. Quare ego procurator. ⁊ ꝓcuratorio
nomine primo, ⁊ principaliter, peto me reſtitui ad priſtinam poſ
ſeſſionem genus humanum torquendi, ⁊ cruciandi, vt prius, et
paratus ſum ſtatim probare Satanā ⁊ meo nomine quo. ſ. fuiſ
ſe in ipſius humani generis poſſeſſione pacifica ⁊ quieta, ⁊ me
ſpoliatum eſſe, ⁊ fuiſſe. nam iſta duo cōueniunt probari, vt extra
de reſtitu. ſpolia. c. olim. ⁊ extra de offic. dele. c. cōſultationibus.
⁊ iij. q. j. ca. iij. ⁊ per totum, quia redintegranda ſunt omnia ſpo
liato ante quam procedatur vlterius, vt ff. de vſur. l. videamus.
cum ſi. Aduocata autē reſpondit, Audi fili mi benedicte iniqui
tatem diaboli, qui cum gerat partem actoris falſo, nullo modo
agere debet, neqꝫ pōt peti, vt ſui moris eſt primo, ⁊ ante omnia
reſtitui debere in poſſeſſione gñris humani, ⁊ bene ſcis domine
iudex, ꝙ iura loquuntur in rebus ſpoliatis reſtituendis, ⁊ ſic lo
quitur totus titu. de reſtitu. ſpoliat. quare reſtitui nequaquam
debet, quia non eſt deneganda eis reſtitutio, qui poſſident nō
vi, non clam, nō precario, ſed iuſto titulo, ⁊ bona fide vt ff. quod
vi aut clam. per totū. extra de preſcri. c. vigilāti cum ſi. demones
autem nequaquā homines poſſederunt, ſed velut cuſtodes car
ceris inferni, vt ad ianuas ſtarent deputati ſunt ſicut fuit bedel
lus, ⁊ graſeus diaboli infernales qui cuſtodierūt. vnde non poſ
ſederunt; ſed ſolum ſimplices cuſtodes fuerunt predicti dia
boli ipſius humani generis, ⁊ procuratoris nequitie inferna
lis, vnde cum eos cuſtodierint, ⁊ non poſſederint, merito dicto
procuratorio nomine nec ſuo reſtitui debet, ⁊ pronunciari peto.
facit. l. tertia. §. fin. ff. de acquir. poſſeſ. Preterea fili mi, audi que
7 ſo, ſcriptum eſt enim, quod hi poſſident, quorum nomine poſſi
detur, vt extra de reſtitu. ſpol. c. cū veniſſent. in fi. ⁊ C. de preſcr.
xxx. vel xl. an. l. male agit. ⁊ Inſti. de interdic. §. poſſidere. Sꝫ ſic
eſt ꝙ vos domine iudex fili mi, homines poſſidetis, qꝛ vos ho
mines creaſtis. ⁊ ſic homines veſtri ſunt, ergo in aliena re, ⁊ in
homine quem creaſtis nō potuit demon habere bonam fidem,
quātocunqꝫ tēpore poſſederit. vel tenuerit, cū nulla dierum pre
ſcriptio iuuet male fidei poſſeſſorem, vt extra de preſcrip. c. vigi
lanti. vnde bona fide demō caruit, ⁊ caret, ergo nō eſt bone fidei
poſſeſſor, ſed male fidei detētor dicitur, nam aliud eſt poſſidere,
⁊ aliud detinere, vt ff. de rei ven. l. officiū. i fi. ⁊ ff. de acquir. poſ. l.
iij. §. ſi. igitur nulla ſit poſſeſſio, vt l. ſi. ff. de verb. ſig. Itē ibi nul
la eſt bona fides, nullus eſt titulus preſcriptiōis: ergo nō habet
locum reſtitutio, ⁊ ſic pronūciari peto. Quid vltra dices mihi
dānate, ⁊ reprobate maledicte, nōne filius meus, q eſt hic pater,
filius, ⁊ ſpiritus ſanctus, ⁊ iudex de nihilo hominē creauit: Er
go homo fuit ⁊ eſt ſuus ⁊ inde ſecuti ⁊ geniti, ⁊ ꝓcreati, quomo
do ergo rem alienam poſſides, cum ſcias alienam: certiſſime di
cendum eſt te nullo modo poſſidere, vt C. vnde vi. l. cum quere
batur. xvj. q. vj. c. ſi res. cū ſi. ergo nō habet locū reſtitutio, ⁊ pro
nunciari, ⁊ declarari dico, ⁊ peto cū inſtantia quāta poſſum per
iura ſuperius alle. Rñd. iudex ſuper hoc ⁊ ita factū ꝙ dñs iudex
de medio interlocutus eſt demonem nō eſſe reſtituendū. Tūc
demon ſtridens dentes, miſſa manu ad marſupium, extraxit fo
ras libellū, ⁊ cepit legere in Geneſi, cap. iij. vbi dixit Dominus
Ade ⁊ Eue, De omni ligno vos comedite excepto de iſto: quia
quacunqꝫ hora comederitis morte moriemini. vt j. q. ii. c. iam
itaqꝫ. ⁊ can. ſi habes. xxiiij. q. iij. Unde peto illa verba ſic ſcri
pta in Geneſi ſtare firma, ⁊ remanere in pedibus, ⁊ nō mutari,
aliter aūt ſi ſecus fiat, ex nūc dico ꝙ vos nō eſtis veritas, neqꝫ
iuſtus iudex. Adā, enim ⁊ Eua, ſicut vos ſcitis, dū erant in mun
do, ⁊ in paradiſo terreſtri, contra ſuū magiſtrum ⁊ dñm fuerunt
voluntarie inobediētes, dum pomum contra volūtatē Domini
comederant ex quo infecti, ⁊ leproſi ipſi cum eorum ſequacibus
8 merito ſunt effecti de conſe. diſt. iiij. c. placuit, ⁊ alibi legitur, ꝙ
patres comederūt vuas acerbas. ⁊ dentes filiorum obſtupue
runt vt in aut. vt omnes obe. iudi. ꝓuinc. circa fi. in verb. ſecuta.
quare peto cū vos preceperitis, dñe iudex, ipſos ꝓpter peccatū
fore dānatos, eos deberi ad pſens cōdēnari, mihi reſtituendos
eſſe. Nō ob iterlocutoria. ſ. dicta, qꝫ ſicut hō de facto, ⁊ nō d iure,
ex abrupto ꝓceſſit, ita peto eā ꝯrio iperio tolli, caſſari ⁊ reuocari.
Aliter aūt ſi ſec⁹ fiat vos dñe iudex, nō eſtis veritas neqꝫ iuſt⁹
iudex. Rñ. aduocata mūdi, Attende fili mi chariſſime ad verba
mea, ⁊ nō ꝯſideres parabolas demōis. Allegauit em̄ iſte ꝟſut⁹
ſolū caput, ſꝫ caudā abſtulit, ꝙ eſt ꝯ l. iciuile. ff. de legi. omiſit em̄
verba q̄ ſequunt in Geneſi, qb⁹ in effectu dr, ꝙ demō ex ſui ma
ledicta ꝟſutia fecit Adā, ⁊ Euā peccare, ex qb⁹ oībus ſequit, ꝙ
iſte ꝟſutus fuit iſtitutor, ⁊ author talis peccati. vñ ex quo dedit
occaſionē dāni, ⁊ dānum dediſſe videt, vt ff. ad l. Aqui. l. qui oc
cidit. §. pe. Cauſa igit ſunt demones qꝛ Adā ⁊ Eua peccauerūt,
qꝛ fraus ⁊ dolus alicui patrocinari nō debet, vt extra de reſcri.
c. ſedes. extra de dolo ⁊ contu. c. ex literis. circa fi. ⁊ extra de cle.
nō reſi. in eccle. vel preb. c. fraternitati. ne ex dolo commiſſo gau
diū reportēt: ergo demon a limine iudiciorū, ⁊ ab actione ſua to
taliter excluſus eſt. Inflammatus aūt demō ait ad iudicem, Ex
huiuſmodi reſpōſione pater ſancte fac mihi, vt faciūt boni iudi
ces qui ēt in huiuſmodi caſibus ſequūtur iuſtitiā, poſito enim ſi
ne preiudicio, prout aſſerit aduocata mūdi, ꝙ ab agēdo repellar
⁊ expulſus fuerim cōtra formā iuris. ⁊ cōtra meū ius, imploro ta
men veſtrū nobile officiū, domine iudex qd etiā parte tacente
ex mero indicātis officio ꝓcedere pōt, ne crimina remaneāt im
punita, vt ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. ⁊ extra de ſen. excō. c. vt
fame. ⁊ hoc dico motus equo ⁊ bono iudicio. Ad hoc enim, vt ſci
tis, ꝓ neceſſitate tenet qlibet bonus ⁊ iuſtus iudex. l. cōgruit. ff.
de offi. preſi. ⁊ nulli parcere dꝫ, vt extra de priuil. c. ex tuarū. Qd
audiēs aduocata rñdit. Audi fili mi bñdicte, vos eſtis rigor iuſti
tie necnon ſumma equitas, ⁊ plenus dulcedine ⁊ miſericordia, ⁊
primo de rigore iuris petit procedi, nūc ad hoc ꝙ ipſe petit offi
ciū iudicis implorando, nō eſt vlterius audiendus: quia, vt vos
ſcitis, regulariter de iure eſt, quod vbi duo vel plura auxilia ſeu
remedia vni cōpetūt ad vnū, ⁊ idē vnum ex his tenetur eligere,
⁊ vno electo, ⁊ potiſſime in iudicio deducto ſicut fecit demon vi
detur alīj renūciare vt ff. de trib. l. qd in herede. §. eligere. cū ſi.
ſic eſt in propoſito, ꝙ licet demoni plura competāt remedia ad
proſequendum qd petit ꝙ tamen nō fateor ab initio elegit vnū
actorē quem in iudicio produxit, vt patet clare per ꝓceſſum in
actis veſtre curie publica manu. Ioan. Euangel. notarij veſtre
curie, ⁊ ſcribe publici, igitur merito ab his, ⁊ ab alijs quibuſcun
que inde dependentibus ⁊ connexis cēſetur penitus excluſus,
vt ff. de tut. ⁊ cur. da. ab his. l. ſcire oportet. §. ſed cum lis. Cūm
cum denegatum ſit demoni id quod vna via petit quomodo eſt
ad aliud admittendus: Certe nullo modo, ſic eſt in propoſito, ⁊
accedat quod legitur, Quod vna via alicui denegatur, per aliā
viam concedi non debet, nec poteſt. Et eſt ratio, quia circui
tus eſt euitandus, vt l. dominus teſtamento. ff. de cōdic. indeb.
Sed cum iſte talia auderet: iam ſeruirent bonis iura de vento, ⁊
videtur lex eſſe impoſita verbis, ⁊ non rebus, contra l. ij. C. com.
9 de leg. in fi. ¶ † Preterea, vbi habet locum remediū ordinarium
non eſt recurrendū ad extraordinarium, vt ff. de mino. l. auxilium
⁊ l. in cauſe. ſic autē eſt in propoſito, ⁊ fuit qd demon auxiliū ex
traordinariū intētauit, ⁊ ipſum in iudiciū deduxit, vt ſ. tetigi, ⁊
ī eo ſuccubuit. ergo amplius audiri nō debet. Preterea vos ſci
tis, fili mi, quod iſte verſutus iā diu reſtitutionē petijt, quod eſt
auxiliū ordinarium, ⁊ cōtra ipſum interlocutus fuiſti, ſcꝫ ipſum
non eſſe reſtituendum in poſſeſſionem humani generis. de qua
ſentētia interlocutoria, licet eā petierit verbo ſimplici reuocari,
tñ p eū ab ipſa nō extitit appellatū, eo maxime cū ſapiat naturā
diffinitiue, ⁊ ſic amodo talis ſnīa trāſiuit in rē iudicatā. vt ff. de
condi. indeb. l. eleganter. ⁊ extra, de re iudi. c. cauſam. ⁊ in c. qd ad
cōſultationē. Unde merito videtur excluſus, ⁊ obſtāte exceptio.
rei iud. non eſt amplius admittendus, nec audiēdus, vt ff. de re
iudi. per totum. Aduocata humani generis ſequēs non ſolum
alleg. ſupradictis mulierum ſexum fragilem, ⁊ miſerabilem ſem
per timens ſubuerſionem humani generis faciem ſuam volu
uit in lacrymis, atque ſingultibus infinitis adeo quod tota ce
leſtis militia eā videns, ita acerbiſſime lacrymanem, ⁊ ſonum
condolentem vna ſecum non ceſſabat aliquatenus lacrymari,
virgoque Maria flexis genibus coram filio ſciſſis veſtimentis
ſuis filium ſuum alloquitur hoc modo, Filli mi, ecce demon qui
ſpuit in faciem tuam, qui te lapidauit, qui te ad columnam liga
uit, qui te verberauit, qui te in ſtatera crucis tanquam latronem
confixit, qui te tradendo amariſſime mori fecit, ⁊ nunc animo
petulanti euerſa facie tam audacter tuum officium implorauit.
Ego vero tua mater dulciſſima, te nouem menſibus in vtero
portaui, ⁊ de his meis vberibus lactaui, his paſtus es, ⁊ Hero
dis Regis furiam fugere volui te nunquam de manibus rela
xando. Unde ergo procedit, fili mi, quod tu vis iſtum verſutum
in tanta pertinacia permanere: ſcis quod contra formam ratio
nis expoſtulat: quare inſtanter peto mihi aduocate humani ge
neris iuſtitiam exhiberi, ⁊ illi verſuto tuum officiū totaliter de
negari, ego vero ſum mater, ipſe autem diabolus, ego quero ſa
lutē humani generis, ipſe vero mortem, ego ſum amica filij mei.
ipſe vero damnatus ⁊ infamis, ⁊ a coronatiōe celeſtis glorie pe
nitus excluſus, quomodo ergo eſt audiēdus: Certe nullatenus.
Item quare debet ipſe verſutus eſſe melioris conditionis me.
Certe non video, agrum. ff. de noxa. l. non ſolum. ⁊ extra de dolo
⁊ contumac. cap. contingit. quare poſtulo mota immenſa triſti
tia, ⁊ magno dolo perterrita, quod ſi magis hoſti faues quam
matr

matri tue, de libro celeſtis glorie debes me cācellare. Vidēs autem Jeſus matrem ſuam in tanto dolore pietate immenſa commotus facie dixit ad demonē, Vade retro ſatanas: qꝛ petitū officium tibi merito denegamus. Demon autem iracundia motus dixit ad iudicem, Domine Jeſu Chriſti, vos nō eſtis iuſtus iudex. bene video ⁊ clare cognoſco, q̄ caro ⁊ ſanguis veſter facit vos a iuſtitie tramite deuiare. arg. extra de prebend. c. graue. circa prin. ⁊ viij. q. j. c. ſi ergo. cū ſim. ⁊ c. Moyſes. ea. cauſa ⁊ q. ⁊ bene noſtis quod de forma iuris licitum nō erat matrem veſtram contra me poſtulare cauſis, iuribus, ⁊ rationibus, s̄. dictis. Ego modo oſtendo vobis Euangelium, quod ſi bene inſpiciatur directe facit pro me, dicitur enim ꝙ princeps huius mundi venit. Queſo igitur pater ſancte quod vos obſeruetis verba veſtra hic ſcripta que proceſſerunt ex labijs veſtris, ⁊ nō faciatis ipſa fore irrita, ⁊ inania. Sed queſo, prout litera iacet, executioni mādetur. Vos ſcitis quod ego ſum princeps huius mundi, ⁊ i hoc de me loquitur ſcriptura, verba ⁊ ſenſus verboꝝ ſeu litere quod ego ſum Princeps malorum peccatorū, vos eſtis princeps bonorum ⁊ iuſtorum. Modo ſcitis quod cum litigantes ad rixam veniunt boni iudicis intereſt litem dirimere, vt ff. ſi certū pet. l. quidam exiſtimauerunt, ⁊ dare debet iudex vnicuique partem ſuam. vt ff. de vſufruc. l. cuius rei. vt ff. de condictione indebiti. l. fina. §. ſi tamē, ergo placeat vobis mihi dare genus humanum, cum propter peccatum commiſſum ego ſum Princeps huius mundi. Et ſicut ſcitis, verba ſunt intelligenda cum effectu. facit l. eum qui. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi. iūcta l. prima. §. hec autem verba. ff. q̄ quiſque iur. ⁊ de cler. non reſi. in eccleſia, vel prebenda. c. relatum. circa medium. ⁊ extra de verborum ſignifi. capi. preterea. ⁊ de penit. diſtinc. prima. hec autem verba, cum ſimilibus. Si ergo ſum princeps malorū, ⁊ peccatorum (ſi pro quia) ⁊ genus humanum peccauit, vt s̄. dictum eſt, faciatis ergo cū effectu ꝙ ego ſim princeps, ⁊ nō auferatis mihi quod meum eſt. Vos vidiſtis pater ſancte ꝙ quotidie eſt diſcordia iter vos, ⁊ me, vos quoq; dicitis illud eſſe veſtrū ꝙ eſt meū. ⁊ ego dico quādoque ꝙ eſt meum illud ꝙ eſt veſtrum. igitur vt omnis ceſſat diſcordia, faciatis ſicut bonꝰ, ⁊ iuſtꝰ iudex. ⁊ equa lance procedatis. Placeat vobis bonos, ⁊ malos diuidere, vos ſitis dominator bonorū, ⁊ ego ſim dominator malorum, ⁊ ſi hoc facietis promitto vobis ꝙ regnum veſtrum non erit maius quā ſit vnum granum milij reſpectu regni mei. Et dixit filius matri ſue, O aduocata mundi. reſponde demoni. quia prima facie ius, ⁊ iuſtitiā poſtulare videtur: Aduocata reſpondit ⁊ dixit Abſit, fili mi, quod ipſe verſutus ius ⁊ iuſtitiā vllatenus videatur poſtulare, ipſe enim vnum petit ab extra, intus vero habet contrarium. vt ff. de excep. l. generaliter. vos ſcitis, ſicut omnes ſciunt quod tali die ſicut fuit heri dies veneris Sancta, iſte verſutus
10 quot ⁊ quanta mala commiſit: habet enim ille modos nocēdi, nec ignoramus aſtutiam eius vt legitur xvi. q. ij. c. viſis literis. Scitis enim quod ad petitionem eius vos fuiſtis in ſtatera crucis ponderatus, vt legitur xxiij. q. j. c. paratus debet eſſe. Scitis enim quod pro humani generis redemptione de ſummis celorum ad ima mundi deſcendens ſuſtinuiſti penitus mortem temporalē, vt in c. pro humani redemptione. in princ. extra de hom. l. b. vi. Iſte enim verſutus horrēda immanitate, deteſtandaque aſtutia mortem appetit aliorum, dicto c. pro humani. §. cum igitur, ſuperius alleg. Vnde cū ſemel fili mi, ad inferos deſcendiſti ⁊ captiuos inde extraxiſti. Non eſt congruum, neque iuſtum ſuper humani generis ſeruitute diſputare amplius, maxime in ipſius humani generis detrimentum. tranſiuit enim amodo ſententia in rem iudicatam, vt extra de re iudica. c. cum inter vos. ⁊ a ſententia non extitit appellatum: ideo non eſt amplius appellandum, ne pueris aſſimilemur, quibus ſi non placet quod geſtum eſt in libro, dicunt adinuicem iterum faciamus. ex quibus fili mi, clare concluditur iſtum verſutū a tramite iuſtitie eſſe penitus alienum. ⁊ reſpiciens demonem facie turbata dixit ei, alloquere maledicte, ⁊ vide an ſis perteritus de tanta reſponſione. Dixit demon, dimitte me: quia deeſt hora vt loquamur mirabilia, neque teipſam laudare debes, qꝛ omnis laus in ꝓprio ore ſordeſcit, ſed veniamus ad alia. Et dico quod Deus viuit in veritate ⁊ iuſtitia, vt extra, de iureiur. c. ⁊ ſi Chriſtus. §. Jacob. ipſe punire merito debet magnū, ſicut paruū, nec apud eū debet eſſe acceptio perſonarū. Itē debet punire coniunctū, ſicut extraneū. l. ſi. ⁊ ibi gl. in verb. Remus. ff. de re. diui. Quare cū hoc ſit, inſtanter peto hominem eſſe dānandū, ⁊ hoc fortiſſimo arg. Tu ſcis, quod Angelus lucifer fuit de celo deiectꝰ, nullo precepto precedēte, ⁊ ſic inobediens dici nō potuit. Sed Ade ⁊ Eue preceptum fuit factum, ne de pomo comederent: quia qua hora comederent, morte morerentur, ⁊ preceptum eis factum tranſgredi non curarunt, ⁊ ego cui nullum preceptum de obediendo fuit factum, fui deiectus de celo, ⁊ ſum damnatus, quanto ergo, multo fortius debet damnari humanum genus, quod preceptum domini preteriuit: Fortius eſt contra preceptum quam preter preceptum facere, vt C. de negot. geſt. l. fina. ⁊ ſic dico humanum genus debere damnari, ⁊ tunc peto, quod reſpondeat
11 aduocata. Reſpondit aduocata, o miſer infelix, non eſt ſimile illud q̄ poſuiſti de Angelo. Angelus enim qui peccauit, fuit merito puniendus: quia nihil infirmū in ſe habebat quod ipſum induceret ad peccandum, quia non aliqua infirmitate, ſed malignitate deliberata peccauit. vj. q. iij. c. quod bene. ⁊ xix. diſt. c. ſecundum. ⁊ ſicut ſcis nullo modo precepto indigebat, homo autem cum peccauit habuit quod ipſum ad peccandum induceret, ſcilicet, corpus fragile, vt de pe. diſtin. iij. c. ille Rex. ⁊ de pe. diſt. j. c. nunquid. Angelus enim ſine precepto aliquo a natura habuit in ſe ſapientiam omnium quia cognoſcebat certitudinē boni ⁊ mali propter perfectionem ſue nature, vt de pe. diſt. ij. c. i primo. vnde habito reſpectu ad certitudinē s̄. dictam grauius peccauit Ang. quia ſcienter per ſuperbiā ſe pretulit cōtra Deū quam peccauit homo qui ignorāter deceptus fuit doloſa, ⁊ verſuti malitia, ⁊ ideo Angelus de altiori gradu cecidit. de pen. di. j. c. ſi homo. homo enim talē certitudinē nō habuit propter corpus, ꝙ animā grauabat, ⁊ ideo nō eſt bonum ꝙ de Ang. dicis. vnde ſile a modo perfide dānāte, qꝛ ſatis dictū eſt. Dixit demō Non ſilebo, aperias aures tuas o aduocata humani generis, ⁊ audies ea que dicā tibi. Dixit aduocata, Finē litigijs modo faciamus, ſcis enim ꝙ in omnibus ſuccubuiſti, vnde ad hoc amplius redire nō potes, petis amodo interlocutionem fieri ſupra poſitis ſicut ſuperius in reſtitutione facere non tardaſti: Reſpondit demon, o aduocata, ſatis admiror de vobis, qꝛ non ſolū mihi, ſed ſumme deitati vultis finem imponere, Sed attende vnum, adhuc inſiſto, ⁊ dico quod homo peccauit. Aduocata autem conuerſa ad filium dixit, Fili mi, tu iudex viuorū ⁊ mortuorum, ego ſcio quod vltra vult dicere iſte verſutus, vult enim arguere falſis cauillationibus, ⁊ argumentis oſtēdere hominem peccaſſe, ⁊ concludere vult, quaſi dicta ſua originem extraxerint ex fonte iuridico, vos enim ſcitis fili mi, quod propoſitum, ⁊ fundamentum ſuum falſum fuit, quomodo ergo credendum eſt preſens verum dicere: Certe nullo modo, quia ſemel malus ſemper preſumitur eſſe malus. l. ſi cui. §. eiſdem. ff. de accu. iuncta l. Caſſius. ff. de ſena. ipſe enim verſutꝰ adeo faſtidia dicit: ꝙ amodo neſcio in qua parte me voluam. Quare te ſupplico, fili mi, ꝙ ſibi precipias ꝙ vno verbo dicat quā clauſulā velit, ⁊ ego ipſam punctabo, ⁊ gloſſabo ſecundum veritatem. Dixit demon, Ego audio hodie mirabilia in ſole, luna, ⁊ ſtellis, quia aduocata mūdi vult eſſe mea aduocata me inuito, ⁊ nolente, quod eſt contra legem, quia beneficium non confertur in inuitum, vt l. nec emere. C. de iu. delibe. ⁊ ff. de re. iur. l. inuito. cum ſuis ſimi. vult enim eſſe mea tutrix. ⁊ nutrix, ⁊ facere de me ſicut ſit de pueris, qui neſciunt punctare, neque gloſſare, ego enim verba mea, ita aperte dico, quod non egent aliqua punctatione, vel gloſſatione demundo, vnde quantum ad hoc ipſam ego poſtulo non audiri, cum partes actoris velit ſuſtineri, que mee ſunt, vt lege. j. circa princip. ff. de probat. Replicando autem dixit aduocata, Non modicum turbata ſum, nolo enim quod falſitatē alleget, fili mi, iſte verſutus coram te, non enim debet audiri ratione mēdacij, vt C. de indi. vi. tol. l. ij. in ſi. Sed ſi falſitatem vult dicere, dicat in regno ſuo non autem in regno tuo. Dixit Demon, Si non vultis me audire, ego recedam, ⁊ ex nūc aperte videbo ſi erit iuſtitia iudicantis. Tunc dixit pater omnipotens matri ſue, Sine videamus, an velit iſte verſutus iuſtitiam poſtulare. Scis enim quod ego ſum iuſtitia, ⁊ neceſſe eſt me ius ſuum vnicuique tribuere, vt l. iuſtitia. ff. de iuſti. ⁊ iu. ⁊ inſti. eod. in princi. iuncto canone j. diſt. reſpiciamus ergo an demon foueat iuſtā cauſam. Tunc mater reſpondens dixit, Fili mi, iuſtitia tua eſt in hoc, vt non dimittas eum dicere mendacium in tuo regno. Dixit autem omnipotens matri ſue, ſi iſte verſutus dicit mendacium, de mendacio acerbiſſime punietur, vnde ſinas eum dicere, dixit tunc aduocata. Dicas ergo damnate quod dicere intendis. Dixit tunc demon, Homo peccauit, merito puniendum, ⁊ damnandum poſtulo. Dixit aduocata, non vltra procedas, qꝛ iam a tramite iuris recedis. Non enim dicis, qualiter ipſe peccauerit, ⁊ an ſui culpa peccauerit, an vero tua. Scis enim quod in culpa fuiſti. vt ſuperius dictum eſt, quare ſileas amodo quia tempus eſt: tunc dixit Jeſus, o mater dimitte ipſum dicere qꝛ inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta aliquid iudicare vel reſpondere permiſeris, vt ff. de legib. l. inciuile. Dixit tūc demon, Homo peccauit contra bonitatem infinitam, ⁊ non curo qua culpa peccauerit, an ſua, vel aliena, quia poſito milies quod ego ipſum induxerim ad peccandum, ſcriptum eſt in lege, quod agens ⁊ conſentiens pari pena puniuntur, vt extra de ſentent. excom. c. nuper. cum ſeq. ⁊ ibi text. iuncto. c. vt clericorum circa ſi.

extra de vit.⁊ hon.cler.⁊ in §.ope.Inſti.de obli. que ex delic.fa
cit etiā decretalis mulieres.in fi.extra de ſen.excō. ibi not.in gl.
iuncta decre.quante.⁊ ibi tex.no.in eo.tit.cum ibi alle.in gl.Fa
cit xj.q.iij.c.quoniā multos.Facit.l.is qui opem.ff.de fur.iūcta
l.verū.⁊ eſt glo.multū no.in l.iubemus nulli poſt hac.ij.§.ſane.
circa fi.C.de ſac.eccle.iuncta l.ſi quēquā.eo.tit. Facit.l.adigere.
in princ.ff.de iure pat.iuncta l.liberorū.in fi.ff.de his qui not.in
fa.concor.tex.ad literam in c.j.extra de offi.deleg.cū infinitis ſi.
Unde amodo ſufficit mihi quod homo peccauit.pena enim de
bet ſecundū iura correſpondere culpe quare peto ad hoc vt ſer
uetur equalitas cum ſicut ego per peccatū ſum dānatus ſic ho
mo qui peccauit,ſimiliter condēnetur. Cōmiſit enim homo cri
men leſe maieſt.vnde ipſe cū heredib⁹ ſuis eſt merito dānādus.
Scriptum eſt enim quod filij paterno debent perire ſupplicio,
in quibus hereditarij criminis exēpla metuūtur, vel.l.quiſquis.
circa prin.C.ad leg.Iul.maie.extra de ho.c.ſicut dignū, cum ſi.
Aduocata reſpondit,Audi fili mi,qui ſemper ſis benedictus ſu
per omnem creaturā,in cuius nomine flectitur omne genu cele
ſtiū terreſtriū,⁊ infernorū dicit iſte verſutus ꝙ homo peccauit
contra bonitatem infinitā,ergo eſt puniēdus in infinitum. Ad
qꝺ rñdeo ⁊ dico ꝙ vos fili mi,eſtis De⁹ ⁊ homo,⁊ eſtis bonitas
infinita,ergo homo peccauit contra vos ergo vobis eſt iniuria
illata,quā remittere poteſtis,vt j.dicet,quia aut vult dicere iſte
verſutus ꝙ homo ex leuitate ꝓceſſit ad peccandū, ⁊ tunc nō eſt
condēnandus.Aut proceſſit ex inſania,⁊ tūc ſibi eſt miſerandū.
Aut ex iniuria,⁊ tunc eſt ſibi iniuria remittenda.textus eſt mul
tū no.in l.j.C.ſi quis Impe.ma.Sic ergo concludetur ipſum nō
debere puniri nec condēnari.Rñd.demō:ego bene dixi.s.ꝙ du
rum mihi erat habere matrē iudicis aduocatam cōtra me,vt C.
de aſſeſ.⁊ dome.l.domeſticus.⁊ dixit Regine celorū, Vos male
facitis.qꝛ nō vultis ꝙ homo puniat de peccato cōmiſſo, ꝙ eſt
cōtra l.ſancimus.C.de pe.⁊ xiiij q iij.c ſi quis. Tunc dixit Ieſ⁹
demoni,Sile amodo.qꝛ bene ſcis ꝙ i cruce pepēdi ꝓ redēptiōe
generis humani,qꝺ ſemel ꝓpter peccatū dānatū fuerat.Unde
nō eſſet iuſtū,ꝙ ꝺ eodē peccato bis cōtra genus humanum ſen
tentiā ꝓferamus,arg.ff.nau.cau.ſtab.l.licet gratis.§.fi.in fi.vbi
dicit,qꝺ nō debet ſepe de delicto eiuſdē hōis queri.Expectādū
eſt ergo vſq; ad diē iudicij,qꝛ tūc malos male ꝑdā, bonos autē
faciā in celeſti gaudio triūphare.Dixit demō,Dñe Ieſu Chri
ſte Rex glorie,noli ſic interloqui,qꝛ tu bene ſcis,ꝙ homo pecca
uit infinite,vnde ad olim,⁊ ad hodie extendit pena ſua,eſt ergo
hodie puniendus,qꝛ lex hodie loquit.l.Arriani,C.ꝺ heret.⁊ in
oībus auth.q̄ īciptūt, ſꝫ hodie,⁊c.Rñdit aduocata,Tu falſe cō
cludis ⁊ ſcis,ꝙ nō ꝓbat hoc eſſe ꝙ ab hoc cōtingit abeſſe.l.non
nudis.⁊ l.nō epiſtolis.⁊ l.neq; natales.C.ꝺ ꝓba.ſcis em̄ ꝙ ſi q̄
culpa i homine fuit,ꝙ nō credo,fuit ꝑ gratiā abolita,⁊ miſericor
diam cancellata,cum nullatenus eſt in culpa nō eſt aliqualiter
puniēdus nō enim credas ꝙ precibus tue calamitatis facias iu
dicē lachrymari,hoc enim eſſe nō dꝫ,vt l.obſeruādum.§.ſed ⁊ in
cognoſcēdo.ff.de offic.pſi.⁊ ibi tex.facit.l.quiſq;.C.ꝺ poſtu.vñ
eſt bonū obuiare malitijs tuis, ⁊ te perturbare peruerſum,qꝛ ſi
ſic nō fieret,nihil aliud eſſet ꝙ fauorē impietati pro viribus im
partiri qꝺ eſſe nō debet,vt in Decretis xxiij.q.iij.c.qui pōt ob
uiare.cū ſi.Tunc dixit demō ad Ieſum,Dñe,peto iuſtitiā exhi
beri,aliter non eſt aliquo iudicio premunita perſona tua,ſi in te
defecit iuſtitia qꝛ deficiente iuſtitia,nō es iudex,vt in Decretis
xxij.q.ij.c.iniuſtum eſt Rñdit aduocata.Adhuc loqueris male
12 dicte.†ſcis enim qꝺ Deus creauit hominē ad imaginē,⁊ ſimili
tudinē ſuā,vt C.de penis.l.ſi qs in metallum.⁊ ipſum hominē
voluit eſſe heredē vite eterne:quā olim ꝓmiſit Abrahe ⁊ ſemini
eius.Igitur humanū genus nō debet eſſe tuū.ſed debet celeſtis
glorie gaudio collocari.Rñdit demon, Tu ſcis aduocata,quod
Deus creauit hominē,ſed vnū ſcio qꝺ ipſum creauit cū ſapien
tia:ſi ergo ſapiētiā habebat ⁊ ipſe in ſua ſapiētia peccauit, ergo
ſcienter.⁊ doloſe peccauit,⁊ ſic dolus ſuus ſibi patrocinari non
debet.vt extra de dolo.c.ex literis.circa finē.cū ſi.ergo venit pu
niendus,⁊ ſic pronunciari peto.Reſpōdit aduocata,Sile amo
do fili iniquitatis,nōne dixi tibi quod homo propter fragilita
tem mulieris inductus fuit ad peccandū:Certe ſic, vnde homo
13 non venit puniēdus,ſed tu diabole maledicte.†Quia qui occa
ſionē dāni dat,dānum dediſſe videt,vt ꝫ.dixi in l.qui occidit.ff.
ad l.Aquil.cum ſi.non enim eſt modo ſuper hoc inſiſtendū am
plius,qꝛ ſatis diſputatum eſt,⁊ multa dixi,que reepilogare non
erat neceſſe.⁊ multis vti iuris articulis nō eſt idē dicere,ſed ſe
eſt ipſis loquacibus adaptare,vt eſt tex.in l.in cuius.§.cū qs.ff.
de lega.ij.imo qꝺ plus eſt,effuſo ſermone loqui,vt l.finali i fine.
C.de do.promiſ.modo enim cognoui omnia contraria tua,ſicut
etiam primitus cognoſcebam.Nam,cognito vno contrariorum,
cognoſcitur ⁊ reliquum,vt Inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.
in princ.ff.de verbo.oblig.l.vbi autem nō apparet.⁊ xxxij.q j.c.
cum renunciatur.Peto ergo fili mi chariſſime Rex glorie,⁊ mun
di ſaluator,vt in fauorē generis humani ſententiam proferatis,
ipſumq; genus humanū ab impetitione procuratoris nequitie
infernalis,alias penitus abſoluēdo. Ieſus autem iuſtus iudex
precepit Angelo Gabrieli vt tuba aurea citaret beatam Virgi
nem Mariam aduocatam humani generis ex vna parte,⁊ pro
curatorem nequitie infernalis ex alia, ad ſententiam audien
dam die paſchatis reſurrectionis Ieſu Chriſti,⁊ ita factum eſt
per Angelum Gabrielem.Ieſus autem adueniente die ſenten
tiam pro tribunali protulit hoc modo, In eterni nomine amē.
Nos Ieſus mundi ſaluator,viſa citatione contra genus huma
num,viſa etiam charta a procuratore producta, ⁊ allegata per
procuratorem nequitie infernalis, viſis etiam allegationibus
factis per Mariam virginem aduocatam humani generis,vi
ſis poſitionibus reſponſionibus,⁊ exceptionibus,⁊ replicatio
nibus.etiam iuribus ambarum partium, ⁊ his omnibus viſis
conſideratis que in predictis ⁊ circa predicta videnda, ⁊ conſi
deranda fuerunt ſedentes pro tribunali ad noſtrum ſolitum bā
chum iuris poſitum ſuper thronos angelorum in celeſti palatio
noſtro,vbi reſidentiam facimus perſonalem, humanum genus
hac mera diffinitiua abſoluim⁹, ⁊ ab impetitione procuratoris
nequitie infernalis reddimus abſolutum cum hoc conſonet ſan
ctiſſimis ſcripturis ⁊ iuridice veritati, quam in hoc ſequi volu
mus, ipſumque procuratorem nequitie infernalis, ⁊ nunc pre
cepimus ad damnationem inferni perpetuam penitus ambula
re.vbi eſt fletus,⁊ ſtridor dentium infinitus. Receſſit diabolus
ſciſſis veſtibus, ⁊ dolore perterritus ad infernos maledictus.
Lata,data in his ſcriptis pronunciata, ⁊ promulgata fuit ſ.
ſcripta ſententia in omnibus, ⁊ per omnia prout ſuperius con
tinetur,⁊ ſcriptum eſt per ſ. dictum dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum pro tribunali ſedentem in ſupradicto loco preſenti
bus ſ.ſcriptis partibus,lecta ⁊ vulgarizata per me Ioan.Euā
geliſtam notarium do.noſtri Ieſu chriſti ⁊ dicte curie ſcribam
publicum,preſentibus Ioan.Baptiſta,Fran.⁊ Dominico cō
feſſoribus.Petro ⁊ Paulo principibus apoſtolorum,⁊ Mi
chaele archangelo ⁊ multis alijs ſanctis in multitudine copio
ſa.Teſtibus ad hec vocatis,⁊ habitis,⁊ rogatis, Anno domi
ni Mcccxj.ind.ij.die vj.menſis Aprilis, Tunc angeli vidētes
hec,⁊ chorus celeſtis ceperunt alloqui virginem glorioſam dicē
tes,Salue regina mat miſericordie,vita,dulcedo ⁊ ſpes noſtra.
¶ Explicit proceſſus ⁊ tractatus queſt.ventilate corā Domi
no noſtro Ieſu Chriſto inter virginem Mariam aduocatam
humani generis ex vna parte,⁊ diabolum contra genus huma
num ex alia parte compoſitus, ⁊ compilatus per eximium le
gum doct.do.Bart.a Saxofer.ciuem Peruſi.cuius anima re
quieſcat in pace,Amen.

Tractatus bannitorum.

1 ¶ Bannitus non equiparatur damnato vltimo ſupplicio,nec efficitur ſeruus pene.
2 Sententia que ſuſpenditur per aliquam conditionem, citam,non inducit capitis diminutionem.
Dānatus ad mortem in preſentia,ſtatim efficitur ſeruus pene.
3 Bannitus non equiparatur deportato.
4 Preſes prouincie,⁊ magiſtratus municipales non poſſunt deportare.
5 Bannitus non efficitur infamis.
6 Bannitus non equiparatur relegato.
7 Bannitus nō equiparatur excommunicato, ⁊ de vno ad aliud licite non arguitur.
8 Bannitus,qui ex forma ſtatuti impune occidi poteſt,equipara tur trāſfuge.Et trāſfuga dicit. Itē dicitur hoſtis ſue ciuitatis.
9 Subditus rebellans domino,vel poteſtati dicitur hoſtis.
10 Bannitus perdit tantummodo iura ciuitatis,a qua ex bānitur eſt in eius fauorem facientia,non autem ius gentium,nec ci
11 Opi.Ia.de Are,vt plurimum videtur de mente iuris.
12 Bannitus teſtamentum facere poteſt ſecundum ius commune non ſecundum iura ſue ciuitatis.
13 Bannitus non poteſt heres inſtitui in teſtamento condito ſe cundum iura ſue ciuitatis,ſed ſecundum ius commune ſic.
14 Bannitus non ſuccedit ab inteſtato reſpectu ſtatutorum ſue ci uitatis,ſed iuris communis ſic.
15 Bannitus,qui non poteſt impune occidi, licet offendens eum mitius puniatur,non dicitur transfuga, retinet etiam iura ſue ci uitatis,⁊ equiparatur vilibus perſonis.

Banni